

## XXXVIII. S. DAMASUS.

ANNO CHRISTI 367.

VALENTINIANI, ET VALENTIS 3.

**D**amasus, natione Hispanus, ex patre Antonio, sedit annis decem & octo, mensibus duobus, (1) diebus decem, & cum eodem ordinatur sub contentione Ursinus. (2) Et facto concilio ficerdotum constituerunt Damasum, qui fortior, & plurima (3) multitudo erat, & sic constitutus est Damasus, & Ursinum ejecerunt ab urbe, & constituerunt eum Neapoli Episcopum. Et manut Damasus in urbe Romana Praeful in Sede Apostolica. Fuit autem (4) temporibus Juliani. Hic fecit basilicas duas, unam iuxta theatrum Sancto Laurentio, & aliam (5) via Ardeatina, ubi requiescit in catacumnis, & edificavit platoniam, ubi corpora Apostolorum jacuerunt, idest, Beati Petri, & Pauli, quam & versibus ornavit. Hic multa corpora Sanctorum Martyrum requivit, (6) quorum etiam concilia versibus decoravit. Hic constitutum fecit de Ecclesia. Hic accusatus est invidiōsē, & incriminatus de adulterio, & facta Synodo purgatus est à quadraginta quatuor Episcopis, qui etiam damnaverunt Concordium, & Calixtum Diaconos accusatores, & projecterunt de Ecclesia. Hic constituit titulum in urbe Romana, scilicet Basilicam, quam ipse construxit, ubi & donavit patenam argenteam pensantem libras 15. (7) Scyphum anaglyphum (8) pensa, libras decem. Calices ministeriales argenteos qui que pensa, singul. libr. tres Coronas argenteas quinque pensa, singul. libras octo. (9) Canthara cerostrata ærea (10) pensa, libras 16. Domos in circuitu Basilica præstantes solidos quinquaginta quinque. (11) Possessionem Papyriam territorio Ferentino cum adjacentibus (12) antiquis, præstantem solidos ducentos & viginis, & trimisum. Possessionem Antonianam (13) in territorio Casin. præstantem solidos centum & tres. Balneum juxta titulum præstant solidos septem & viginis. (14) Hic constituit, ut Psalmos diu, noctuque canerent per omnes Ecclesias: qui hoc præcepit Presbyteris, & Episcopis, vel Monasteriis. Hic fecit ordinationes in urbe quinque per mensem

## DAMASUS.

- (1) A. B., & C. mens III. diebus XI.
- (2) A. ordinatur sub intentione Ursinus, & ita nominat semper sicut etiam in D.
- B., & C. sub contentione Ursinus.
- (3) B., & C. plurima cum eo.
- (4) A. eodem tempore.
- (5) A. & aliam in Catacumbis, ubi jacuerunt corpora SS. Apostolorum Petri, & Pauli, in quo loco Platoniam ipsam ubi jacuerunt corpora SS. versibus exornavit.
- (6) A. requivit, & invenit, quorum etiam versibus declaravit.
- B. requivit, & invenit, quorum vitam etiam versibus decoravit.
- C. requivit, & invenit, quorum etiam Tumbas, & Martyria versibus decoravit.
- (7) A. pen. lib. XX. Amam argenteam pen. lib. XV., & ita in B., & C.
- (8) B., & C. scyphum arg. anaglyphum &c., & in utroque verba calices ministeriales &c. usque ad coronas arg. desunt.
- (9) A. lib. IX.
- (10) A. cirostrata ærea XVI., & ita in B., & C.
- (11) A. fol. CLV., & ita C.
- (12) A. cum jacentibus adiuguis præf. fol. CXX. B. cum adjacentibus adiuguis præf. fol. CXXV.

A Decemb. Presbyteros 31. Diaconos 11. Episcopos per diversa loca sexaginta duos. Qui etiam sepultus est via Ardeatina in Basilica tua, 3. idus Decembbris juxta matrem suam, & germandam. Et cessavit Episcopatus per dies 31. (15)

## XXXIX. S. SIRICIUS.

ANNO CHRISTI 385.

VALENTINIANI 10. THEODOSII 7.

**S**iricius, natione Romanus, ex patre Tiburcio, sedit annos 15. (1) menses 11. dies 25. Hic constitutum fecit de omni Ecclesia, (2) vel contra omnes hæreses, & dispersit (3) per universum mundum, ut in omnis Ecclesiæ (4) Archivio teneantur ob impugnationem contra omnes hæreses. Hic constituit, ut nullus Presbyter Missas celebraret per omnem hebdomadam, nisi consecratum Episcopi loci designati sulcipere declaratur, quod nominatur fermentum. Hic (5) Manichæos, quos exilio deportavit, hoc constituit, ut non participarent cum Fidelibus communionem, quia ore polluto non liceret Sanctum Corpus Dominicum vexari. (6) Hic constituit, ut si quis conversus de Manichæis rediret ad Ecclesiam, nullatenus communicaretur, nisi tantum relegationem Monasterii diebus vita teneretur obnoxius, ut jejuniis, (7) & orationibus maceratus, & probatus sub onni examinatione, usque ad ultimum diem transitus sui, & ob humanitatem Ecclesia viaticum (8) eis largiatur. Hic constituit Hæreticum sub manus impositionis recipi, præsente cuncta Ecclesia. Hic fecit ordinationes quinque in urbe per mensem Decembbris, Presbyteros 31. Diaconos 16. Episcopos per diversa loca triginta & duos. (9) Qui etiam sepultus est in cœmeterio Præcilla via Salaria, nono calendas (10) Martias, & cessavit Episcopatus per dies 20.

## D

C. cum adjacentibus adiuguis præf. fol. CXXV.  
D. præf. fol. CXX.  
(13) B., & C. Possessionem Antoninam.  
(14) B., & C. fol. XXVIII.  
(15) C. XXI.

## SIRICIUS.

- (1) A., & B. sedit annos XV. Hic constituit. C. annos XV. mens. XI. dies XXV. D. mens. X.
- (2) B. Hic constitutam fecit per omnem Ecclesiam, vel &c.
- (3) A. & ex partis per &c., & ita in C., & D. sparbit.
- (4) B. ut in omni Ecclesiastum Archivo teneretur oppugnatio contra omnes Hæreses. A. C., & D. ob oppugnationem contra &c.
- (5) B. Hic invenit Manichæos in Urbe, quos &c. A. C., & D. Hic invenit Manichæos, quos &c.
- (6) A. Domini convexare. B., & C. vexare.
- (7) A. ut jejonus.
- (8) A. Beaticum. C. Viatum, & in fine traditur.
- (9) B. XXXIV.
- (10) A., & B. VIII. Kal. C. XVIII. Kal. &c.